

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli  
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1620**

S. Vincentius Fererius, num. 16.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](#)

quodque panes cum ea ex farina quadā  
corrupta egregios in pauperum vſus ef-  
ficere voluerit.

## XVII.

S. VINCENTIUS FERRERIVS  
*Ordinis Prædicatorum.*

S. Vincentius Ferrerius ex Ordine Præ- 16  
dicatorum sanctitate iaclytus, &  
Concionator verè Apostolicus; qui nō  
solum triginta tria millia tum Iudeorum,  
tum Saracenorū ad Christiana sacra su-  
scienda adduxit, sed etiam supra cen-  
tum millia flagitiosorum hominum suis  
concionibus ad salutarem peccatorū pe-  
nitentiam permouit, Virginī beatissimæ  
cum primis addictis fuit, cui in suis à dæ-  
moni temptationibus caixè se cōmeada-  
bat. Verū illud præclarum in primis,  
q̄ ex Virginis sanctissimæ apparitione,  
ut in lib. 2 eius vita cap. 11. apud Surium Sur. to. 2.  
tom. 2. habetur, tanta ad eius pietatem  
facta est accessio, ut posteà ad tam subli-  
me virtus spiritualis culmen illius benefi- Eiusdem  
cio peruenet. Cum enim virginitatem virginita-  
tuam quam perpetuò coluit, nocte qua- tem cōtra  
dam Virginum Virginī impensius com- damonum  
mendaret, quo ipsa suo patrocinio eam in fidias  
cutari, ac custodire dignaretur; huius Deipara  
modi vocē audiuit: Non omnes possumus tueri.

esse Virgines: nam tame si ad hanc usque  
diem virginem te appellare potuisti, non ta-  
men patiar in posterum, ut tam honoris co-  
nomine perfruaris: quæ quidem verba  
cum vir Dei quid sibi vellent tacitus se-  
cum ipse reuolueret, adduci non pote-  
rat, ut ea à Deipara Virgine, quæ virgi-  
nitatis cultores semper amavit, & conti-  
nenter adiuuit, profecta esse sibi persua-  
deret: in genua igitur cum procubuisse,  
ab ipsa Virgine petiit, ut illa verborum  
terrificulaenta declarare dignaretur:  
nec ita multò post Virgo beatissima mul-  
ta luce corusca ei apparens, ipsum con-  
fortauit, ei que dixit, verba illa à diabo-  
lo fuisse prola, qui bonorum operum  
difficultatem ei proposuit, quo territus  
ab inceppta virtute desisteret; eundem  
que admontuit, dæmonem eius virginiti-  
atem, aliasque virtutes crebris insidijs  
impediturum: quare cautus esset, con-  
stantique animo perseveraret; atque in  
Domino, in quo omnes dæmonis ver-  
sus strenue superaturus esset, spera-  
ret: tum Vincentius gratias Virginis glo-  
riosæ egit: *Ex eoq; tempore, inquit, Au-  
ctor eius vitæ, Christi militi tantum fer-  
voris accessit, ut non terrestris ho-  
mo; sed cœlestis Angelus* videtur esse.

B. BERNAR.